



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXIX. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem Kloster Chorin
Besitzungen zu Schönermark, Lichterfelde und Künikendorf, am 15. Juni
1287.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XXIX. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem Kloster Chorin Besitzungen zu
Schönermark, Lichterfelde und Künikendorf, am 15. Juni 1287.

In nomine Domini amen. Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Humani generis actiones plerumque ab hominum notitia dilabuntur, que nec voce testium nec scripturarum testimonio renovantur. Eapropter ad uniuersorum notitiam deducimus per presentes, quod dilectis nobis in cristo Deo deservientibus fratribus ordinis Cisterciensis in Chorin proprietatem XIV mansorum in villa Sconremarke sitorum et octo mansorum in villa Lichteruelde et proprietatem molendini super Wellnam apud Konckendorp diuine retributionis intuitu cum omni juris integritate donauimus pacifice, absque ulla injuria perpetuis temporibus possidendam, renunciantes omni juri, quod in eisdem usque ad hec tempora dinoscimur habuisse. Ita quod in pretaetis mansis dictarum villarum pariter et in molendino prefato nihil juris prorsus nos aut Aduocati nostri aut Bedelli nostri nobis poterimus ammodo vindicare. Igitur ut hec nostra donatio per nos nostrosque successores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari, presentes literas desuper in euidentis testimonium conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Hujus rei testes Haffo de Wedele, Fridericus de Ecstede, Iohannes et Godfridus, fratres, de Grifenberch, Iohannes de Sydow, Henricus de Doffa, Thethardus de Wozftrow, milites; Alwardus et Bernardus, nostre curie notarii, Anno de Marcreevendorp, Aduocatus noster Stolpenfis, et quam plures alii fide digni. Datum Angermunde, anno domini M^o. CC^o. LXXXVII^o, in die sanctorum martyrum Viti et Modesti.

Aus dem nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives herichtigten Abdrucke in Serrens Cod. II, 428.

XXX. Die Markgrafen Otto und Conrad überlassen dem Kloster Chorin Fischereiberechtigungen
in Oderberg, am 10. März 1288.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Ne pro defectu memorie, que prouida dispensatione geruntur in tempore, mater erroris ingrata surrepat obliuio, expedit gesta in tempore seu gerenda litterarum beneficio perhennari, maxime uero que eternis spiritualiter donacione principum salubriter ordinantur. Qua propter nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus et presentibus protestamur, quod Cenobio Chorin Ordinis Cystericiensis et fratribus ibidem deo famulantibus pari modo, sicut ab antiquitus quiete possedimus, capturam piscium in Oderberch, que wlgariter der Burgheretoch nominatur, cum omni jure piscationum ac proprietate totali donauimus perpetualiter possidendam. Predictæ vero piscationis termini incipiant loco ab illo, ubi Motheliz de Odera fluit et exundat et finiunt juxta finem minoris Kreie apud montem, ubi piscatores sua tuguria struere consueuerunt. Vt autem hec nostra donatio tam a nobis quam heredibus nostris inuiolabiliter et perhenniter conseruetur, prefens scriptum prehabito cenobio dari iussimus sigillorum nostrorum appensionibus consignatum, adhibitis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: dominus Adam, prepositus in Stendal, dominus